

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte
Lateinische Grammatica mit einem Paradigmatischen und
Dialogischen Tirocinio**

Lange, Joachim

Halle, 1755

VD18 12464023

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-18565

TIROCINIVM
PARADIGMA-
TICVM
IN VSVM
DECLINATIONVM
ET
CONIVGATIONVM.

Aa 5

1613



VSVS DECLINATIONVM

in conuenientia adiectiui et substantiui.

- Mensa rotunda.** Seruus fidelis. Scamnum latum.
Arma mea.
- Pater benignus.** Mater cara. Nubes obscura. Ouis mansueta.
- Genus nobile.** Mare profundum. Animal reptile.
Poema doctum.
- Fructus gratus.** Ficus fecunda. Curuum cornu.
Dies amœnus.
- Hic vir,** hæc mûlier, hoc animal: ille puer, illa puella.
- Mea penna est acuta:** nostræ pennæ sunt acutæ.
- Hæc schola est vicina:** hæ scholæ sunt vicinæ.
- Rosa est flos pulcher:** rosæ sunt flores pulchri.
- Pulchritudo rosarum magna est,** immo maxima.
- Hic est vir doctus:** hæc femina est loquax: hoc lignum est durum.
- Doctrina huius viri est magna:** loquacitas huius feminae est impia.
- Vnusquisque homo est mortalis secundum corpus suum.**
- Hic puer est gnauus.** Ignauia huius pueri intolerabilis est.
- In hoc puero est magna diligentia:** immo est diligentissimus.
- Cibus est gratus ori,** et salubris corpori meo.
- Hoc acetum est acre.** Magna est acrimonia huius acetii.
- Meus pater est lenis.** Lenitas mei patris magna est.
- Hæc vestis est elegans:** elegantia huius vestis est magna.
- Meus frater est laboriosus:** labor fratris non est exiguus.
- Vestes patris nondum sunt confectæ seu paratæ.**
- Onus est graue:** grauitas oneris non est parua.
- Tua vestis est lacera ac detrita,** sicut mea.
- Meæ vestes sunt lacerae ac detritæ,** sicut tuæ.
- Noster hortus est valde amœnus.**
- Egregia est horti nostri amœnitas.**
- Meus liber est nouus.** Mea auris est aperta.
- Mea manus est clausa.** Meum corpus est ægrum.

VSVS